



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Avgvstini Archiepiscopi Tarraconensis Dialogorum Libri Duo de emendatione Gratiani

Agustín, Antonio

Parisiis, 1672

VIII. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10634

In Notis hæc sunt : De sexta synodo & canonibus ipsius notatum est supra c. Sexta Synodus. (Deest dist. 19.) Gratia transit } Et in epistola Hadriani & apud Ivo- nem par. 4. c. 122. legitur in typum gratiæ assumptus est. Apud eundem Ivo- nem c. 126. ex Hadriano ad Carolum, in signum relictus est gratiæ. Græcè in ca- none sexta synodi est οὗτος τῶν παρελήφθη τὸ χεῖρ, id est, qui in typum gratiæ assumptus est. Sed ob glossam non est mutatum. In extremo capite hæc verba sunt : Verum igitur agnum Dominum nostrum Iesum Christum secundum imaginem humanam amo- do etiam in imaginibus pro veteri agno depingi ju- bemus.

DE EADEM RE.

Dialogus octavus.

C. Quid est quòd contra canonem ab Hadriano confirmatum tam Romæ quam in provinciis pictura Præcursoris Domini digito agnum ostendit? Idem etiam fit in globulis illis cereis quæ à multis agni Dei, ab aliis amuleta dicuntur? A. Consuetudinis vis magna est, in re præsertim quæ potuit non impia videri. Cùm enim pictura histo- riam doceat vel potiùs rem gestam, cùm Præcursor digito agnum ostendit, venit in mentem inspicientibus eundem tunc dixisse: *Ecce agnus Dei*, & quæ sequuntur. Sic cùm Petro aut claves dantur aut oves committun- tur, si claves & oves pictæ sint, spectatores faciliùs rei gestæ recordantur quàm si sim- pliciter Christus loquens cum Petro pinga- tur. B. His imaginibus veteres usi sunt, tum

in hieroglyphicis, ut Ægyptij, tum rhetores in arte memoriæ, tum in nummis & signis omnes populi ac Reges & Imperatores. A. Ita est ut dicis. Sed nos de ceteris regulis agamus quæ ex illa repetita synodo Gratianus refert. B. Non est ferendus Gratianus cùm ex hac synodo partem refert in qua Cypriani synodum probare videtur de baptismo hæreticorum, cùm contra Cypriani synodum omnes veteres patres steterint. A. Græca

Dist. 16. c. 7.
Quoniam.

verba lege capitis secundi extremi. B. ἐπι μὲν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἁρχιεπισκόπου τῶν ἀφ' ἑρῶν χωρῶν ἐ μάρτυρος, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν συνόδου ἐκ τεθέντων, καὶ τῶν ἐπιτῶν τῶν ἐπιτῶν τῶν ἐπιτῶν, ἐ μόνον καὶ τῶν ἐπιτῶν ἀπὸ αὐτῶν ἐβλήθη ἐκείνη. A. Nunc C. Gratiani verba legat. C. *Opuscula Theophili &c. Cyrilli Alexandrini Episcopi, Cypriani Carthaginensis Episcopi & synodum suam* A. Ivonis verba a quæ sunt? C. Eadem ferè quæ

a Ivo par. 4.
c. 134. decret.
& lib. 2. tit.
11. c. 29. pan.

antea diximus, nisi quòd *ejus* pro *suam* scripsit in excerptionibus. Sed in Panormia *suam*, non *suam*, ut editum est. Sic etiam habet liber Cæsaraugustanus. b A. Mihi neque Græca verba neque Latina placent; sed ut potiùs tota illa synodus repudietur. (1) B. Caput quartum ejus synodi refert Gratianus caussa

b Cæsar. lib.
2. c. 8.

xxvii. cap. vi. c ut deponatur Clericus, laicus excommunicetur, qui Deo consecratam corruerit. A. Reici non debet. Sed ubi dicitur *Item ex sexta synodo, adde repetita cap. 1 v.* (2) B. Caput sextum latiùs Græci quàm Gratianus d & Ivo e habent: *Ante Subdiaconi ordinem uxorem Clerico ducere*

c 27. q. 1. c. 6.
Si quis.

d Dist. 32. c.
7. Si quis.
e Ivo li. 3. tit.
8. c. 19. panor.

licere, non postea. A. Hujus capituli ut ex sexta synodo Innocentius tertius mentionem fecit. f B. Errorem Gratiani est secutus. (3)

Caput etiam septimum plenius habent Græci quam Gratianus g & Ivo h qui quasi ex septima synodo cap. VII. id refert non rectè: *Ne Diaconus ante Presbyterum sedeat, nisi locum tenuerit Patriarchæ vel Metropolitan.*

[4] Capituli octavi mentio fit in septima synodo cap. VI. (cujus verba refert Gratianus

distin. XIX. i & Ivo k in excerptionibus) de synodo semel habenda quotannis. A. Cupio scire quibus verbis referunt vel renovant

septimi Concilij patres hunc canonem. B. *ἕως οὗ οἱ ἐκτῆς συνόδου ὅσοι πατέρες.* & postea *τῶτον οὖν ἔκανόνα ἡ ἡμεῖς ἀναθεῖν μὲν.* C. Apud Gratianum & Ivonem est: *Definierunt sexta synodi sancti patres. Hunc ergo canonem & nos renovamus.* A. De hoc capite dubitari non potest. Sed & videmus illos sanctos

patres dici & illam sextam synodum. B. Omnes Græci ita appellant, & aliqui ex Latinis.

(5) Caput nonum Gratianus refert dist. XLV. cap. III. his verbis: *Nulli Clerico licet tabernam aut ergasterium habere.* Græcè est:

Μηδενὶ ἐξῆναι κληρικῶ καπιλικὸν ἐργαστήριον ἔχειν. Non rectè pro caupona vel vinario ergasterio sive taberna scriptum est taberna vel ergasterio. C. Quid interest? B. Quia non alia officinæ prohibentur. Id enim ergasterium significat. (6) A. Dic de aliis. B. Caput undecimum solent Græci contra Latinos obicere de azymis Judæorum & aliis prohibi-

tere. C. Quid interest? B. Quia non alia officinæ prohibentur. Id enim ergasterium significat. (6) A. Dic de aliis. B. Caput undecimum solent Græci contra Latinos obicere de azymis Judæorum & aliis prohibi-

tere. C. Quid interest? B. Quia non alia officinæ prohibentur. Id enim ergasterium significat. (6) A. Dic de aliis. B. Caput undecimum solent Græci contra Latinos obicere de azymis Judæorum & aliis prohibi-

tere. C. Quid interest? B. Quia non alia officinæ prohibentur. Id enim ergasterium significat. (6) A. Dic de aliis. B. Caput undecimum solent Græci contra Latinos obicere de azymis Judæorum & aliis prohibi-

f c. 6. de tempo. ord. in 3. collect. & c. 9. de et. & qual. Gregor. 1.

g Dist. 93. c. ult.

h Ivo par. 6. c. 123. decret.

i Dist. 18. c. 7. Quoniam.

k Ivo par. 5. c. 375. decret.

Distin 44. c. 3. Nulli.

tis. Gratianus *l* non rectè ex septima synodo esse ait. C. Ab Ivone *m* sumptum id est. Sed meliùs est in libro Cæsaraugustano *n* & apud Contium. B. *eorum* pro *Judæorum* scribit Gratianus apud Democharem. A. Lege initium hujus capituli : *Μηδεις τῶν ἐν ἱερατικῶ καταλεγόμενων τάρματι ἢ λαϊκὸς τὰ ὡρὰ τῶν Ἰουδαίων ἀζυμα ἐοδιέτω.* A. Memini apud Humbertum Silvæ-Candidæ Episcopum me legere hunc canonem nullas vires obtinere, cùm sexta synodus nullos fecisset. sed & hic non prohiberi generaliter Christianis azyma, sed ea quæ Judæorum fuerint. C. Quid? Græci semper abstinent azymis? A. In sacrificio Missæ abstinent. C. An non Christus azymis usus est in institutione ejus sacrificij? A. Non poterant agnum comedere Judæi nisi cum azymis, quibus octo diebus utebantur. Siquis alio pane uteretur, occidebatur. *p* (7) B. Caput XIII. (quod Gratianus refert distinct. xxxi. *q*) nullo pacto recipi potest. Est enim contra cælibatum Latinorum sacerdotum conscriptum, & apertè contra Romanam Ecclesiam. A. Quid ais, contra Romanam Ecclesiam? Quo pacto id probas? B. Apertissimis verbis: *Ἐπειδὴ ἐν τῇ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ ἐν τὰς καὶ τὸ ὡρὰ ἐδὲ δὲ διέγνωμεν,* &c. A. Quid Gratianus & Ivo scribunt? C. Gratianus sic ait: *Item synodus sexta. Quoniam in Romani ordine canonis esse cognovimus traditum eos qui ordinati sunt Diaconi vel Presbyteri confiteri quòd non suis jam copulentur uxoribus.* Ivo ita scribit: *Sexta synodus capi-*

128. q. 1. c. 13.
Nullus.
m Ivo par. 13
c. 116. decret.
n Cæs. libr. 8.
c. 102.

o Vid. Leo 9.
in epist. ad
Michae. CP.
incipiens
Scripta tuz.
p Exod. 12.
c. 13.

q Dist. 31. c.
13. Quoniam.
Ivo lib. 3. tit.
8. c. 3. panor.

tulo XIII. Quoniam in Rom. &c. Non sunt eadem verba Græca & Latina, sed sententia eadem est. Quod Græcè est καθολογοῦν, & promittere significat, confiteri verum est non rectè. Nescio autem cur de Hypodiaconis nihil dictum sit, cùm meliùs de eis diceretur, tum tacitis verbis polliceri ut abstineant ab uxoribus, si quas habent, & ut ipsi & cælibes nullas ducant. B. Quod sequitur, quis ferre potest? ἡμῶν τῶν ἀρχαίων διακονησάμενοι καὶ οὐκ ἀποστολικῆς ἀκρίβειας ἐπιπέσειν &c. Antiquum sequentes canonem apostolica diligentia & constitutiones sacrorum virorum, legales nuptias amodo valere volumus nullo modo cum uxoribus suis eorum connubia dissolventes, aut privantes eos familiaritate adinvicem in tempore opportuno. Hæc Gratianus. Ivo meliùs: Nos antiquum sequentes canonem apostolica diligentia & constitutionis sacrorum virorum &c. A. Nunquam hoc Apostoli, nunquam hoc priores Græci sancti viri statuerunt, quod apertè Epiphanius scribit. Quam verò familiaritatem Latinus interpres, & πρὸς ἀμύλην ὁμιλίαν Græci. (8)

Apud Humbertum Græci objiciunt Apostolorum canonem quintum Græcis, sextum Latinis, cujus etiam verba hic reperunt: Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος ἢ ἐκ τῶν γυναικῶν μὴ ἐκβαλέτω παρὰ τὴν ἐπιταγήν &c. Quem canonem aliis verbis Gratianus, & alii Burchardus & Ivo & referunt. Gratianus in hunc modum: Item opponitur illud quod legitur in canone Apostolorum: Si quis dosuerit

Dist. 31. c. 13.
Quoniam.

1 Dist. 28. c.
14. Si quis.
f Burch. lib.
1. c. 78.
1 Ivo li. 3. tit.
8. c. 30. pa-
norm. & par.
5. c. 184. decr.

sacerdotem sub obtentu religionis propriam uxorem contemnere, anathema sit. Alij hæc verba scribunt: *Episcopus aut Presbyter uxorem propriam nequaquam sub obtentu religionis abiciat. Si vero rejecerit, excommunicetur. sed si perseveraverit, dejiciatur.* Hæc cum Græcis conveniunt. Optimè autem alibi Gratianus Apostolorum canonem interpretatur: *Si quis docet sacerdotem uxorem suam contemnere, non quam in sacerdotio accepit, sed quam ante sacerdotium, dum adhuc esset laicus vel in minoribus ordinibus constitutus, sibi copulavit, cum qua continentiam professus est cum ad sacros ordines conscenderet, quam nullus debet contemnere, hoc est, ab animo est cura sua abicere quin ei necessaria provideat, anathema sit.* Hoc etiam Humbertus, ni fallor, scripsit: *cujus verba Leoni IX. ascribunt Gratianus u & Ivo. x (9) B.* Non rectè idem Gratianus de sexta pseudosynodo loquitur his verbis: *Hoc autem ex loco intelligendum est. Orientalis enim Ecclesia, cui sexta synodus regulam vivendi præscripsit, votum castitatis in ministris altaris non suscepit.* Immo apertè Afris cap. xii. & Romanis cap. xiii. legem statuere & regulam vivendi hæc synodus profitetur. Quæ verò sequuntur Stephani Papæ verba, y quæ etiam Ivonis sunt in Panormia, z duriuscula sunt, nisi interpretatione molliantur: *Aliter se orientalium traditio habet Ecclesiarum, aliter hujus sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Nam earum Sacerdotes, Diaconi, aut Subdiaconi matri-*

Dist. 31. c. 9.
Quicumque.
p. 1.

u Dist. 31. c. 13
Quoniam.
x Ivo lib. 3. tit
8. c. 32. panorm.

y Dist. 31. c.
ult.
z Ivo lib. 3. tit
8. c. 1. panorm

monio copulantur. Istius autem Ecclesie vel
occidentalium nullus Sacerdotum à Subdiacono
usque ad Episcopum licentiam habet conjugium
fortiendi. Si veritatem amamus, tam
Orientis quàm Occidentis canones eodem
modo vetant Hypodiaconis & his majoribus
nuptias contrahere, ut in hac eadem Trulliana
synodo cap. vi. *A. matrimonio copulantur*, hoc est,
matrimonij copula utuntur impune, interpretantur
nostri. *B. Cetera non coherent: nullus licentiam habet conjugium
fortiendi*, id est, neque uxores ducere, neque
conjugio uti possunt. (10) Sunt alia in Græco
illo canone XIII. quæ neque Ivo neque Gratianus
a habent, reprehendenda. In quibus excellit
interpretatio mala cap. xxv. Carthaginensis
Concilij Græcis, & in corpore canonum aliis est
cap. III. Concilij Carthaginensis quinti. Videndum
cap. III. & IV. Græcis, aliis Carthag. II. cap. II. &
Rabanus cap. xxix. pœnitentium, & Ivo, *b* & Anselmus
c. (11) *A. De aliis capitibus Trullianis à Gratiano
relatis videamus. B. Caput xv. refert Gratianus
distinct. LXXXVII. capite IV. d. Ne Subdiaconus minor
xx. annis ordinetur &c.* Caput xvii. refert Gratianus
ut ex septima synodo, causa XXI. quæst. II. *e. Ne
derelictis suis Ecclesiis Clerici in aliis recipiantur.*
(12) Caput xxiii. refert Gratianus causa prima
capit. c. *f. Ne sacra ecclesiastica pecunia accepta
distribuatur.* Apud Ivonem cum hac inscriptione
legitur: *g. Ex sexta synodo Constantinopolitana tertia*

Dist. 32. c. 7.
Si quis.

a Dist. 32. c. 13
Placuit. &
dist. 84. c. 4.
Cum de quorundam.
c. dist. 84. c. 3.
Cum in præterito.

b Ivo lib. 3.
tit. 8. c. 22. pœnitent.
c Ansel. lib. 8.
c. 7.

d Dist. 77. c. 4
Subdiaconus.

e 21. q. 2. c. 1.

f 1. q. 1. c. 100.
Nullus.

g Ivo par. 2.
c. 92. dec.

XXII
tertia
neque
sexta
Const
ma ge
tinop
cedon
cunda
Nunc
Nica
polita
neque
videtur
nisi us
est te
tres ge
(13) D
refert
libus n
ci voc
ignora
terpre
ficare
nuptii
sacrum
contra
tem n
guine
cum fi
(14)
tores

XXIII. C. Quo pacto eadem est sexta & tertia? A Fortasse neque sexta dicenda est neque tertia. Sed sexta vocatur repetita post sextam generalem; tertia autem ob locum, Constantinopolim. C. Dic apertius. A. Prima generalis Nicæna fuit, secunda Constantinopolitana, tertia Ephesina, quarta Chalcedonensis, quinta Constantinopolitana secunda, sexta Constantinopolitana tertia. C. Nunc intelligo. Sic igitur dicemus septimam Nicænam secundam, octavam Constantinopolitanam quartam. Sed quo pacto dicemus neque sextam neque tertiam? A. Quia nobis videtur non esse generalis. Sic non est sexta, nisi usurpatione nominis. Eadem ratione non est tertia Constantinopolitana, quia aliæ tres generales Constantinopolitanæ fuerunt.

(13) Dic B. cetera. B. Caput xxvi. Gratianus refert dist. xxix. *h* de Presbytero non legalibus nuptiis irretito, quem ἀθεσμον γάμον Græci vocant, & addunt κατ' ἀγνοίαν, hoc est, per ignorantiam. Gratianus alibi de bigamo interpretatur, *i* & Innocentius III. idem significare videtur. *k* A. Mihi de quibuscunque nuptiis à Presbytero contractis post ordinem sacrum, aut perseverat in illegitimis antea contractis, idem esse videtur. Illegitimæ autem nuptiæ sunt jure prohibitæ, ut consanguineorum, ut etiam cum virgine sacra, aut cum filia spiritali quam tenuit in baptismo.

(14) Cetera dices. Video enim interpellatores adesse.

h Dist. 28. c. 16. Presbyterum.

i Dist. 31. c. ultim. p. Quod autem. *k* Inn. III. lib. 2. epist. 62. regist. c. 1. de bigam. in 3. collect. c. 4. e. tit. Greg. 9.

(1) **D**ISTIN. 16. cap 7. *Quoniam*. extremo hæc verba sunt in Romana editione: *Cypriilli Alexandrini Episcopi, Cypriani Carthaginensis Episcopi, & synodum suam*. In Notis hæc sunt: *In isto canonis loco est error; quia illa synodus Cypriani probatur in qua ipse cum multis aliis Africa Episcopi putavit baptizatos ab hæreticis verum baptisma non recepisse; cum tamen B. Augustinus asserat aliam extitisse traditionem Apostolorum, & ipsam Cypriani sententiam plenario totius orbis Concilio exclusam fuisse testetur.*

(2) Inscriptio capitis sexti *Si quis Episcopus*. 27. q. 1. in eadem editione hæc est: *Item ex sexta synodo in Trullo, c. 4.*

(3) Capitis septimi *Si quis eorum*. dist. 32. in eodem libro inscriptio est: *Item ex sexta synodo c. 6.* Et in margine: *Extra de atate & qual. A multis. Pann. l. 3. c. 102.] Caput 9. A multis. De ata. & qual.* in Romana editione inscribitur Innocentio tertio. Et in vers. *Nemo ad sacrum*. hæc verba sunt: *sicut est in sexta synodo constitutum ut si quis eorum &c.* Et in margine: *Ca. 6. & Pann. ibid. c. 102. hoc est, lib. 3. tit. de continen. Clericor. Et in scholiis: sexta synodo] 32. dist. Si quis eorum.*

(4) Distin. 93. cap. ult. hæc inscriptio est in eadem editione: *Vnde in sexta synodo cap. 7. legitur.* Et in margine: *Ivo p. 6. c. 123.*

(5) In eodem libro Romano inscriptio cap. 7. *Quoniam quidem*. distin. 18. hæc est: *Item ex septima synodo c. 6.* Additur in margine: *Ex versione Anastasij.* Et postea scriptum est: *definierunt sexta synodi sancti patres &c. Hunc ergo canonem & nos renovamus &c.* In margine est: *cap. 9.*

(6) Capitis tertij distin. 44. in eodem libro inscriptio est: *Item ex sexta synodo c. 9. Nulli clerico licet tabernam aut ergasterium habere.* In Notis hæc sunt: *Græcè est κερυλικὸν ἐργαστήριον, id est, carpentariam tabernam.*

(7) Ejusdem libri inscriptio est cap. 13. Nullus eorum. 28. q. 13. Item ex sexta synodo c. 11. Et in margine: *Apostolor. can. 69. Ivo p. 13. c. 116.*

(8) Distin. 31. cap. 13. in eodem libro verba sunt: Item synodus sexta c. 13. lib. 8. c. 19. [Hæc mendosa sunt. Fortasse illa lib. 8. c. 19. ad Nicephorum pertinebant, de quo in Nota cap. 12.] Quoniam in Romani ordine canonis esse cognovimus traditum eos qui ordinati sunt Diaconi vel Presbyteri debere confiteri quod jam suis non copulentur uxoribus, nos antiquum sequentes canonem apostolica diligentia & constitutiones sacrorum virorum legales nuptias amodo valere volumus. In margine hæc sunt: *Pann. l. 3. c. 86.* Ordinati] Ordinandi. Sed ob glossam non est mutatum. In Notis est: Quoniam] Græcè sic habetur: ἐπιθεὶ ἐν τῇ ῥωμανικῇ ἐκκλησίᾳ ἐν τῇ ἐξ κείνου ἀξιοδοταῖ δὲ διακόνων. id est. Quoniam in Romana Ecclesia loco canonis traditum esse cognovimus &c. Hanc verò Ecclesia Romana traditionem non solum B. Hieronymus contra Iovinianum, Humbertus supra citatus, & alij Latini scriptores defendunt, sed etiam Balsamon in explanatione hujus canonis satis apertè probat. Verùm de omnibus hujusmodi canonibus, qui sexta synodo adscribuntur, quid sit sentiendum, ad caput Habeo lib. dist. 16. satis explicatum fuit.

(9) Inscripção ca. 14. Si quis docuerit. dist. 28. in eadem editione est: Item opponitur illud quod legitur in canone Apost. c. 6. al. 5. Et in margine: *Burc. l. 1. c. 78. Ivo par. 5. c. 184. Pann. l. 3. c. 113.* In Notis additur: Gratianus refert sensum canonis, ceteri collectores ipsa etiam ferè verba. Gratiani verba dist. 31. cap. 9. Quicumque par. 1. hæc sunt. ut iste sit sensus capituli. [Si quis docet sacerdotem uxorem suam contemnere,] non quam uxorem in sacerdotio accepit, sed quam, dum adhuc esset laicus vel in minoribus ordinibus constitutus, sibi copulavit, cum qua continentiam professus est, & cum ad sacros ordines ascenderet, quam nullus debet contemnere, hoc est, ab animo & cura sua abjicere, quin ei necessaria provideat. Inscripção cap. 11. dist. 31. incip. Omnino. est: Item Leo IX. contra epistolam Nicetae Abbatis. In margine

est: Pann. l. 3. c. 115. Et in Notis est: Leo] Habetur in responsione Humberti ad libellum Niceta Presbyteri & monachi adversus Latinos editum: quam responsionem, cum nomine Leonis IX. (cujus erat Legatus) scripserit, potest recte nomine ipsius citari, sicut multa ex Ennodij libro nomine Symmachi dist. 12. (scribe, 17.) c. Concilia. & 40. dist. Non nos. & 81. dist. Nemo recte. 8. q. 3. Nonne. 9. q. 3. Aliorum. & supra dist. 22. c. Omnes. nomine Nicolai II. quod habetur in oratione Petri Damiani.

(10) Ante caput extremum distin. 31. hæc in eodem libro verba sunt: Hoc autem ex loco intelligendum est. Orientalis enim Ecclesia (cui sexta synodus regulam vivendi præscripsit) votum castitatis in ministris altaris non suscepit. Vnde Stephanus Papa in prima actione synodi ab ipso in basilica Lateranensi congregata: Aliter se orientalium traditio habet Ecclesiarum, aliter hujus sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Nam earum Sacerdotes, Diaconi, atque Subdiaconi matrimonio copulantur &c. In margine est: Pann. l. 3. c. 84. Et in Notis: Matrimonio] Id est, possunt simul esse in sacris ordinibus & matrimonio juncti. Nam neque illis, postquam ad sacros ordines ascendissent, licebat contrahere matrimonium. Et in scholiis: Copulantur] id est, copulato utuntur. Et in margine: id est, carnaliter commiscuntur.

(11) Capitis 13. distin. 32. in eod. libro inscriptio est: Item in Concilio Carthaginiensi 5. c. 3. Placuit Episcopos, Presbyteros, Diaconos secundum priora statuta etiam ab uxoribus abstinere &c. Et in margine Pan. l. 3. c. 105. Et in Notis: Diaconos] Sequebantur Subdiaconos. quæ vox sublata est, quoniam abest ab originali & ab Africano c. 37. & à Carthagin. Grat. c. 71. & infra dist. 84. Cum de quorundam. quæ habetur in Carthaginiensi codicis canonum c. 5. & 295. & Balsamon interpretatur, tempore vicis sunt quod ab originalis sententia alienum est. Capitis quarti distin. 84. verba sunt in eadem editione: Item in Concilio Carthaginiensi. 5. c. 3. Cum de quorundam Clericorum quamvis erga uxores proprias incontinenti-

* c. 25. f.

tia referretur, placuit Episcopos & Presbyteros & Diaconos secundum priora statuta etiam ab uxoribus continere &c. Et in margine: *In cod. can. c. 25. In Africa. c. 37. dist. 32. c. Placuit. Priora*] *Al. propria.* In Notis post verbum debere: *In codicibus impressis hæc sequebantur: Contrà Martinus Papa, [Si lector viduam duxerit] ut suprâ legitur. Sed illud, ubi necessitas; hoc, ubi nulla necessitas urget. Quæ sunt expuncta, quia in vetustis codicibus aut non habentur aut sunt adscripta in margine.* In scholiis hæc sunt: *Et Diaconos & Subdiaconos. 32. dist. Placuit. ubi sunt eadem verba. Capitis tertij Cùm in præterito. ejusdem distin. 84. inscriptio est: Vnde in Carthagenensi Concilio 2. c. 2. Aurelius Episcopus dixisse legitur. Et in margine: In Carthag. codicis can. c. 3. & 4.*

(12) Inscriptio cap. 4. Subdiaconus. distin. 77. in Romano libro est: *Item ex sexta synodo c. 15. At inscriptio cap. 1. causa 21. q. 2. in eodem libro est: Vnde in sexta synodo c. 17. legitur. Et in margine est: Et in 7. c. 10. In Notis varietas notatur Græcorum verborum; cujusmodi est hæc: ubi contingit eos sine sui examinatione permanere] Græcè legitur, ἐκ τῆς τερωένης ἀνομιᾶς αὐτοῦ ἕνεκα ἡρώ. id est, atque hinc evenit ut ipsi reddantur non subjecti. Et in margine est: 1. Tim. 1. & Heb. 2.*

(13) Capitis 100. Nullus Episcopus. 1. q. 1. inscriptio in eodem libro est: *Item ex sexta synodo c. 23. Et in margine est: Ivo p. 2. c. 92. Et in Notis, ad id quod dicitur, à percipiente gratiam communionis, hæc notantur: Sic etiam Ivo. In uno vetusto Gratiani codice est gratia communionis. quod Græca lectioni magis convenit &c.*

(14) Verba cap. 16. distin. 28. in libro Romano hæc sunt: *Item ex sexta synodo in Trullo c. 26. Presbyterum per ignorantiam non legalibus nuptiis detentum &c. In margine additur: Simile etiam in 3. canone ejusdem synodi, & apud Basilium in epist. ad Amphilochoium c. 27. In scholiis est: Non legalibus] Potest intelligi de eo qui contraxit secundas nuptias per ignorantiam juris. Et in margine: Sic intelligit Gratianus 31. dist. par. ult. Gratiani verba sunt dist. 31.*

c. ult. *Quod autem in cap. 6. synodi Presbyter non legitimis nuptiis detentus punitur, non legales nuptiis secunda intelligenda sunt &c.* Et in margine: *sup. 28. dist. c. Presbyterum.* Sed in scholiis mendose est *sup. dist. Innocentij verba sunt cap. 4. Nuper. De bigamis. in Romana editione: sicut in canone legitur de Presbytero qui non legalibus nuptiis detinetur &c.*

DE EADEM RE.

Dialogus nonus.

21. q. 4. c. 2.

a *De consec.*
d. 2. c. 6. *Di-*
dicimus.

b *De consecr.*
d. 1. c. 33. *Cle-*
ricos.

A. DICENDUM adhuc est de Trullianis regulis à Gratiano relatis, quæ negare non possumus fucosa quadam imagine Concilij generalis surrepere nobis posse, nisi caveamus. B. Caput xxvii. ejus Concilij videre licet apud Gratianum causa xxi. quasi ex octava synodo. De vestibus prohibitis Clericis. In fine dicitur, *ἅντι ἐβδομάδα μίση ἀποπέλει.* Apud Gratianum, *per unam hebdomadam suspendatur pro excommunicetur.* (1) Caput xxxii. habet Gratianus de consecrat. distin. ii. cap. vi. a *Ne uvas addant oblationibus, neque ea populo distribuant cum sacra oblatione.* Caput xxxi. refert Gratianus de consecrat. dist. i. cap. xxxiii. b Sed Græca meliora sunt. Vetat canon ne sacra mysteria in oratoriis sive domibus sine Episcopi licentia fiant. *ἡγουμένων κληρικών* interpres vertit *Clericos qui ministrant.* In veteri Græco libro additur: *βαπτίζοντας.* quod placet. (2) Caput xxxii. est contra Armenios, qui vinum offerunt sine

aqua
offeru
monia
rien
verbis
stum
Grati
c in q
derun
caussa
carent
ambit
cti, c
Chalc
habea
cundu
tioche
in vete
quartu
stin. x
timus
nior R
menti
tanda
magni
vor r
bgru,
weyru
A. Ex
consta
restiti
tium i
cujus